



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

3. Busiris & Phalaris Aenei Tauri opifices suismet inue[n]tis cruciati sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

tingit injustis infamatoribus, detractoribus, delatoribus, calumniatoribus, dum enim alios, diabolo suggerente, conantur maculare, sibi ipsis grauiorem notam inurunt. Quisquis enim prudens eos audit, ex cantu nouit calumniatores. Illa igitur lingua, quæ in alios stringitur, in se ipsam, tamquàm arcu prauus reuertitur. Quæ res eò miserrima est, quia *his interimitur, qui suis armis perit.*

Plal. 77. 57.

III.

Ouid. lib. de
art.*Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua**Imbris, atq; annos seca fuisse nouem.**Tum Thrasius Busirin adit, monstratq; piari**Hospitis effuso sanguine posse Iouem.**Illi Busiris: fies Iouis hostia primus,**Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.**Et Phalaris tauro violenti membra Perilli,**Torrui, infelix imbuat author opus.**Iustus uterq; fuit. Neq; enim lex justior ulla est,**Quàm necis artifices arte perire sua.*

Nimirum Thrasius, seu Thrasillus, cum ad exorandas à Ioue pluias Busirin docuisset hospites immolare, omnium ipse primus immolatus est, meritoque sacri monstrator iniqui,

Elicuit pluias victima factus aquas.

Perillus autem in tauro æneo, quem ad torquendos alios excogitauerat, ipse quoque primus in eo ignito mugijt. Hinc illa imprecatio:

Ouid. in Ibin.

*Ære Perillæo veros imitare iuuenços,**Ad formam tauri conueniente sono.*Plin. lib. 34.
nat. hist. c. 8

Perillum nemo laudat saniozem Phalaride tyranno, ait Plinius: quæ taurum fecit, mugitus hominis pollicetur igne subdito, & primus tum expertum cruciatum justiore sanitia. In hoc a simulachris Deum hominumq; deuocauerat humanissimam artem. Ideone tot conditorum eius elaborauerant, ut ex ea tormenta fierent? Itaq; una de causis seruantur opera eius, ut quisquis illa videat, oderis manus; dicatque, cum jure suo, tormento perijsse, quod constauit, ut eo alios perderet.

Claud. lib. 2.
in Eutrop.*Sic, opifex tauri tormentorumq; repertor,**Qui funesta nono fabricauerat æra dolori,**Primus in expertum Siculo cogente tyranno,**Sensit opus, docuitq; suum mugire iuuençum.*

Quia

Quia & ipse quoque postea tyrannus Phalaris, eidem tauro inclusus, & in cinerem redactus est. Quod supplicium inimico itidem suo Pœta imprecatur:

Viq; ferox Phalaris, linguâ prius ense resecta,

Mors bouis Paphis clausus in ære gemas.

Aristides, apud Plutarchum author est, Agestam Siciliæ oppidum fuisse, in quo principem locum tenebat Æmylius Censorinus, qui noui tormenti inuentores muneribus cumulabat. Cui cum Aruntius Patereculus equum ex ære factum ad fontes perimendos excogitasset, eiusdem iussu primus eò coniectus est, & ibidem vsulatus, Æmylio ingeniosus, sibi damnosus. Idem quod Thrasillo contigit, euenit Pygmalioni; qui quòd docuisset, Deorum aras hospitiùm sanguine irrigandas; eas ipse quoq; suo cruce coactus est foedere:

Frater ut Antai, quo sanguine debuit, aras

Tinxit, & exemplis occidit ipse suis.

Idem Ouid.
in Ibin.

Sciron immanissimus latro, in Attica, a Theleo ia mare præcipitatus est, quòd prius hospites ipse præcipitabat; cuius idcirco ossa in scopulos mutata franguntur. Tutus ex eò Atticæ limes

Composito Scirone patet: sparsisq; latronis

Terra negat sedem, sedem negat ostibus unda:

Qua iactata diu fertur durasse vetustas

In scopulos, Scopulis nomen Scironis inheret.

Ouid, lib. 7.
Metam.

Crudelissima canuntur fuisse Diomedis præsepia, nam ibi equos suos humano sanguine pavit. Tandem ergo & ipse Diomedes ab Hercule datus est in pabulum suis equis. Fabula hæc dici potest; historia tamen fit sæpe apud eos, qui subditorum suorum sudore & sanguine equos ad delicias pascunt. Quid deinde mirum, si & ipsi ab equis perimantur, vel percussi, vel excussi? Icarus pater Erigones, cum Atticis vsu vini tradidisset, ab eisdem in ebrietatem lapsis interfectus est. Hinc illæ Diræ:

Muneribusq; tuis laderis, ut Icarus, in quem

Intulit armatas ebria turba manus.

Ouid, in Ibin.

Fit sæpe etiam ex hac fabula historia. Quoties enim, qui alterum potando cogit vires, & sanitatem, & vitam ipsam perdere, ipse vicissim vino vires, sanitatem, & vitam perdit? Quot enim culullis

SSf

alterum